nime revocamus. Actionem vero matris ita personalem [1] esse volumus, ut vindicationis [2] tantum habeat effectum: nec in heredem detur, nec [3] tribuatur heredi. † De cæteris autem, quæ portentosæ vilitatis abjectæque [4] pudicitiæ sunt, satis etiam tacite cautum putamus. Quis est enim, qui his [5] aliquid arbitretur tribuendum esse: cum [6] etiam illis, quæ jure fecundas tantum contraxerunt nuptias, nihil ex his privilegiis tributum esse velimus? Dat. 12. Kal. Octobr. LIMENIO & CATULINO CONSS. 349.

In AUTHENT. de nupt. §. mater tamen. col. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 35.

Quod mater filio donat, ex ingratitudine non revocatur, postquam transiit ad secundas nuptias, nisi [7] ex tribus causis. Prima, si vitæ ejus insidiatur. Item, si manus impias in eam intulerit. Tertia, si totius substantiæ molitus est jacturam.

Liberorum supervenientia revocatur donatio a patrono in libertum collata.

8. Idem AA. ad Orphitum P. P.

SI [8] unquam libertis [9] patronus [10] filios non [11] habens bona [12] omnia vel partem [13] aliquam facultatum fuerit donatione [14] largitus, & postea fusceperit [15] liberos [16], totum quidquid largitus fuerat, revertatur [17] in ejusdem [18] donatoris arbitrio ac ditione [19] mansurum [20]. Dat. 5. Kalend. Apr. ARBITIONE & LOLLIANO CONSS. 355.

Ingratitudinis *causis probatis revocatur donatio.*

9. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. ad Senatum post alia.

DOnationes [21] circa filium filiamve, nepotem neptemve, vel pronepotem proneptemve emancipatos [22] celebratas, pater, vel avus, vel proavus revocare non poterit, nisi edoctis manifestissimis [23] causis, quibus eam personam, in quam collata donatio est, contra ipsum venire pietatem, & ex causis, quæ legibus continentur, fuisse constabit ingratam [24]. Dat. 5. Id. Nov. *Ravennæ*, THEODOSIO XIII. & VALENTINIANO III. AA. CONSS. 430.

Quibus ex causis *donatio revocari possit.* Heres *donationem revocare non potest.*

10. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

GEneraliter sancimus, omnes donationes lege confectas, firmas illibatasque manere, si [25] non donationis acceptor ingratus [26] circa donatorem inveniatur, ita ut injurias [27] atroces in eum effundat, vel [28] manus impias inferat, vel [29] jacturæ molem ex insidiis suis ingerat, quæ non levem sensum substantiæ donatoris imponat, vel [30] vitæ periculum aliquod ei intulerit, vel [31] quasdam conventiones, sive in scriptis donationi impositas, sive sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spopondit, minime implere voluerit. † Ex his enim tantummodo causis, si fuerint in judicium dilucidis [32] argumentis cognitionaliter approbatæ, etiam donationes in eos factas everti concedimus: ne fit cuiquam licentia, & alienas res capere, & frugalitatem [33] irridere donatoris, & ipsum iterum donatorem suæque rei perdere: & præfatis malis ab ingrato donationis acceptore afflicti.

† Hoc tamen usque ad primas [34] personas tantummodo stare censemus, nulla licentia concedenda donatoris successoribus [35] hujusmodi querimoniarum primordium intituere. Etenim si ipse, qui hoc passus est, tacuerit; silentium ejus maneat semper: & non a posteritate ejus suscitari concedatur, vel adversus eum, qui ingratus esse dicitur, vel adversus ejus successores [36]. Dat. 15. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. LVII.

DE DONATIONIBUS CAUSA MORTIS [37].

In donatione causa mortis potest per fideicommissum substitui.

1. Imp. ALEXANDER A. Daphnæ.

SI donatione contineatur, *Ut altero defuncto*, ad [38] *alterum pervenire eorum, quæ donabantur, pertineret*: existente conditione, si mortis causa donatio perficiebatur, fideicommissi actio competit. PP. 4. Kalend. Octobr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

2. Imp. GORDIANUS A. Zoilo.

INtestata mortua quondam nuru tua, neptis tua, quæ ex ea filio que tuo quæsita est, quandoque potest ad ejus venire successionem: nec tamen ea post mortem filii tui, ex quo quæsierat filiam, alii nuptui se collocando dotem dans prohibeatur quam velit conditionem eidem doti dicere. Sed si mortis causa donationem in fratrem suum conferens, in causam mortis suæ eam [dotem] eundem fratrem suum stipulari passa est, cum divi Severi constitutione etiam in mortis causa donationibus, si de cætero patrimonio quantum Falcidia [39] jubet, heres non habet, provisum sit: is, qui nurui tuæ heres extiterit, ejus constitutionis beneficium non prohibetur postulare. PP. 10. Kal. Febr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Heredi.

NEc fratris [40] sui mortis causa recte factam donationem sorori rescindere [41] licet. S. 3. Kalend. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

4. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

CUm de mortis causa donatione dubitabatur; & alii quidem inter ultimas voluntates eam posuerunt, & legatis [42] aggregandam esse censuerunt, alii autem inter donationes, quæ inter vivos consistunt, eam posuerunt: dubietate eorum explosa, fancimus [43] omnes mortis causa donationes, sive juxta mortem facientis fuerint celebratæ, sive longiore cogitatione mortis subsecutæ sunt, actis minime [44] indigere: neque expectare publicarum personarum præsentiam, & ea, quæ super hujusmodi monumentis solent adhiberi: sed ita res procedat, ut si quinque [45] testibus præsentibus vel in scriptis, vel sine literarum suppositione aliquis voluerit mortis [46] causa donationem facere: & sine monumentorum accessione res gesta maneat firmitate vallata, & nullam in ea calumniam accipiat: neque propter hoc, vix concedendum, magnus enim liberorum favor nobis semper esse debet, ut huic constitutioni renunciari tacite non possit. Quid si parens specialiter juramento interposito renunciavit hujus legis privilegio? non impeditur revocatio: vide doctores apud Mynsingrum §. *objicies*. 6. & quod Tiraquellus hac lege *num.* 95. 96. 100. non probat: nisi quatenus cautibus. adde Zoanetum 47. *rerum quotidianarum num.* 5. Probo Mynsingeri opinionem: eo magis quod juramentum hujusmodi naturæ legem impugnat. vid. *l. 7. ff. de hon. donat.* ideoque bonis moribus contrarium. *arg. l. 6. §. de pactis*, & illicitum esse dicem. *l. 5. §. 3. ff. de jurejurando.* Possumus & hoc argumento uti: si ejusmodi juramentum in fraudem creditorum non valet, *l. 9. §. 1. d. tit.* in liberorum fraudem non valere notirito dicendum videtur, quibus bona parentum lege naturæ debentur. Quid? hujusmodi bus cautibus, sum in solidum ab heredibus revocatur donatio? non in solidum, sed pro modo Falcidiæ, sive ex testamento sive ab intestato. vid. Cujac. *d. loco.* 19 Confitetur, *l. 5. C. Theod. hoc tit.* 20 Cur ita? de liberis non cogitat, qui ita donat. donat eo modo, non præsumitur de liberis cogitasse. vid. Mynsing. 1. *observ.* 64. Nemo facultates extraneos suis anteponere intelligitur. *l. 6. §. 1. §. de inoff. l. 102. in fin. ff. de cond. & demonstr.* 21 *l. 4. C. Theod.* 22 *Emancipationis tempore celebratam jubet C. d. l. 4.* 23 Donationes in emancipatos liberos collatæ non nisi legitimis de causis revocantur. *l. ult. verf. ex his.*] *d. t.* 24 Adde quæ sequuntur ex *d. l. 6. quas tamen causas in cognitione dijcuti oportebit, & vestro* (alii leguntur *nostro*) *admittis judicio, non hoc aut patres* (lege *parentes*) *competentes vitiosas fuerit cognitori: aliasi habemus non audiri patris querelas.* 25 Quinque ex causis donatio revocari potest, *ut hic.* adde §. 2. *verf. secundum, fol. d. donat. 4. Ecl. 2. c. 10. §. 3. Harm. 2. in fin.* 26 Ingratitudinis causa donatio revocari potest, *ut hic.* Quid si remuneratoria donatio fuit? etiam ob ingratitudinem revocari non potest, *l. fi pater.* 34. §. 1. *in verbo, irrevocabilis. ff. de donationibus.* 27 Prima causa. Græci ita legunt, ἐαν σφοδρὰς ὑβρίζει. *Eclog. d. loco*: ἢ μὴ χαὶὸς κατὰ τὸν χρόνον ἀνάγνως ὑβρίσῃ. Harmen. *d. loco.* 28 Secunda causa, χεῖρας ἀθέσμους. Harm. *d. loco.* 29 Tertia causa. Græci ita legunt, ἢ ζημίαν μεγίστην. *Ecl. d. loco.* Propius vero accedit huic loco Harmenopulus hoc modo ἢ ζημίαν μεγίστην περιποιῆσαι ἐξ αἰτίας ἐπιτηδείας. 30 Quarta causa, ἢ εἰς (Harmenopulus legit σπεῖ) τὴν ζωὴν ἐπιβουλεύσῃ. *Ecl. d. loco.* 31 Quinta causa. 32 *l. 9. in fin. supr. h. t.* Hal. 34 *Ecl. d. loco in fin.* donatoris, scil. Ideoque donatio a patre non revocatur propter ingratitudinem ejus filiæ. 35 Actio revocatoria ob ingratitudinem non datur heredi, *ut hic*, vel in heredem. *in fin.]. h. t.* adde *l. 1. l. 7. §. h. t.* 36 Heredibus ingrati hinc colligunt, Pœnam non declaratam adversus auctorem contra eos heredem non posse declarari. vid. Gabrielium *7. concl.* 35.

37 Dixi ad *L. 39. D. 6. & §. 1. Inst. de donationib. Novell.* 87. & 47. *Ecl.* 3. & 1. Harmen. 1. & 7 Paul. 3. *sentent.* 7. Clar. in *fin. sent. §. donatio*, *cauſa.* 4. 6. 7. Groff. *lib. sent. §. donatio mortis cauſa.* Donatio cauſa mortis non datur veluti fiduciaria. 38 In donatione cauſa mortis poteſt per fideicommiſſum ſubſtitui. Fideicommiſſum reliquid poteſt in inſtrumento donationis. vid. Cujac. *20. obſ.* 1. dic melius, etiam per fideicommiſſum revocari donationem cauſa mortis. 39 Ut in legatis & fideicommiſſis: ita & in donatione cauſa mortis, Falcidia locum habet. adde Cujac. 20. *obſerv.* 6. adde *l. 6. l. ult. ff. ad l. Falc. l. 66. in fin. l. 93. ff. ad leg. Falc. l. 1. §. 5. ff. quod legator.* An & in mortis cauſa capione? vid. Ripentem *ad l. 1. ff. quod legat. fol.* 71. *num.* 123. 40 Ne illud cum interpretibus communiter, id innui, Etiam ex cauſa alienæ mortis, mortis cauſa donari poſſe. ut *l. 11. 18. ff. h. t.* dic potius cum Cujac. 20. *obſ.* 6. Donationem mortis cauſa in extraneum factam, a cognato non poſſe. Idem de donatione inter vivos etiam conſtituitur. *l. 29. §. de donationibus.* 41 Jure legitimæ vel ab officioſi querelæ. 42 *l. 14. 37. ff. hoc tit. §. 1. verſ. hæ mortis. ff. d. donat. l. 2. ff. de Publicanis. l. Novell.* 87. adde quæ ſcripſi ad *l. 1. ff. & l. 15. in fin. ff. h. t.* vide ad hanc cum Cujac. 10. *obſ.* 28. ubi probat donationes cauſa mortis ad exemplum legatorum reg. 43 Hæc eſt quinquageſima, & ultima deciſio Juſtiniani, ut videre eſt apud Joſiæ. *deſ.* 44 Donatio cauſa mortis, cujuscunque ſit ſummæ & quantitatis, inſinuationem non eget: olim indigebat. *l. 25. in fin. §. de donationib.* non ita in ſimplici inter vivos donatione. 45 Donatio ſummam quingentorum aureorum excedente. *l. ult. §. 3. d. donat.* 46 Donatio mortis cauſa quinque tantum teſtibus præſentibus perfici debet, tanquam ultima voluntas. Donatio inter vivos (quibus cauſibus non indiget inſinuatione) ſcripto contenta eſt a duobus ſubſcripto, nec ullos teſtes exigit. *l. 31. §. de donat.* 46 *d. verſ. hæ mortis. l. 3. ff. de Publicanis. l. 87. ff. de leg. 3.* Igitur ex donatione mortis cauſa dominium transfertur ſine traditione.

quod

1 Ingrati actio perſonalis, id eſt, heredi vel in heredem non datur. 2 Id eſt, vindictæ, ultionis, hæc enim actione magis ſuam injuriam petius ulciſcitur, quam rem perſequitur. Huic actioni ſimilis eſt injuriarum actio. *l. 10. §. 2. ff. ſi quis cautionib. l. 2. §. 4. ff. de collationib.* & de moribus actio. *l. ult. C. Th. de inoffic. nuptiis.* adde Cujac. 4. *obſ.* 19. 3 Imo heredi tribuitur. *l. 3. ſupr. de cond. ob cauſam.* 4 Mater abjectæ pudicitiæ non revocat donationem a filio ingrato, *ut hic*, niſi tribus calibus.

5 Id eſt, inhoneſte viventibus. 6 Eſt enim minus, ſecundas contrahere nuptias, quam vivere inhoneſte, *ut hic.* Imo ſecundæ nuptiæ honeſtæ. 7 Nota exceptiones legis 7. *ſupr. h. t.* 8 *l. 3. C. Theod. h. t.* 3. Harm. 2. *in prin.* 47. *Ecl.* 2. c. 8 vid. Tiraquellum & Ripam *ad hanc legem*, Cujac. 20. *obſerv.* 5. Clar. 4. *ſent. §. donatio. queſt.* 22. *& ſeq.* 9 Quid ſi uni ex liberis parens omnia donavit? hanc conſtitutionem locus non eſt: ſed legi 2. *ſ. ſupr. de inoffic. donat.* cum donatio ſuperiore caſu, in ſolidum non revocetur, ſed ſini legitimæ. Clarus *d. loco, verſ.* 2. Quid ſi ecclefiæ? idem dicendum. hinc illud Auguſtini, *c. ult. 17. q. 4. Putemque vos exheredato filio heredem facere Eccleſiam, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum.* Quid ſi uxori, & ex ejus matrimonio pater liberos ſuſceperit? Idem dicendum videtur, etiamſi in donatione verisimilem ſuſcipiendorum liberorum habuerit opinionem. 10 Sed & quivis alius præter patronum, quia in omnibus ratio hujus legis valet, poſita in pietatis conjectura; quia nemo veriſimiliter extraneo donat in perpetuum, qui de liberis ſuſcipiendis cogitat. *l. 6. §. 1. ſupr. de inoff. & ſubſt. l. 102. in fin. ff. de cond. & demonſt.* Quod ſi valet in omnibus, idem jus in omnibus ſtatuendum. vid. Clar. *d. loco.* 11 Quid ſi tum donaret, liberos habuit? non poteſt, prætextu aliorum, qui poſtea nati ſunt, donationem revocare ullo modo. Quid ejus liberi? poſſunt, ſive ante, ſive poſt donationem nati: non tamen ſolidum, id eſt, ut inutilem, ſed ut immodicam & inofficioſam pro modo legitimæ portionis. *l. 2. in fin. l. 5. §. de inoffic. donat. l. 87. §. 3. ff. de leg. 2.* dixi ad *Novell.* 92. 12 Donatio omnium bonorum eſtne valida, ut omnia bona donando ea confeſtim præſtare vel præſtare teneatur? in genere non valet. *l. 15. ſupr. de pactis.* Quid? donaſſe omnia bona parum is intelligitur, qui omnia mobilia & immobilia ſua donavit? non cenſetur: eſt enim rerum genus bonorum, quod neque mobile ſit, neque immobile per ſe: ut ſunt jura & actiones, de quibus donator in hac ſpecie cogitari poterit. Idem eſſe exiſtimatur, ſi quis omnia bona ſua præſentia & futura ubicunque ſita fuerint, donaverit. Nam jura & actiones hæc donatione quoque videntur excipi, cum incorporalia ſint, neque loco contineantur. Idem quoque ſi quis reſervato, hoc eſt, excepto uſufructu donaverit omnia ſua bona: hujusmodi enim donatio improprie bonorum omnium eſt. Quid ſi quis Eccleſiæ omnia bona donaverit? in fraudem liberorum non valet donatio: ut paulo ante diximus. Quid? ſi uxori vel filio in poteſtate donaverit, & morte confirmata fuerit hujusmodi donatio? Vim & poteſtatem ultimæ voluntatis obtinet ea donatio: ut etiam Falcidiæ obnoxia ſit. *l. in donationib. 12. ſupr. ad l. Falc.* Quid? ſi non expreſſe omnia bona præſentia & futura, ſed ſummam ſeu quantitatem vires patrimonii excedentem donaverit? ſufficiunt ea donatio, propter ipſum lucri. Solutus reg. 114 Habet itaque locum hæc conſtitutio non tantum donatis omnibus bonis, ſed eorum parte aliqua. Alia inquam, etiam infra dimidiam: & in donatione particulari, magna tamen æſtimationis. Clarus *ex communi opinione d. loco, queſt. 22. verſ. 4.* 14 Inter vivos: multo facilius donatione cauſa mortis, quæ pœnitentia revocari poteſt, etiam non ſuſceptis liberis. Quid dicendum in donatione remunerandi cauſa? Cujac. *d. loco poſt Valdem*, ne eam quidem excipit. Clarus ex communi opinione *d. loco queſt. 23. verſ. quare*, non admittit hujusmodi donationem in eo, quod excedit juſtam æſtimationem remunerandi. Alii hanc legem ad remunerationem pertinere non putant. vid. Cujac. 17. *obſerv.* 33. 15 Quid? legitimaverit? idem dicendum, nam legitimatus non differt a legitimo. *Novell.* 89. c. 3. niſi ante donationem a patre factam, qui legitimatus eſt, natus fuit. vide communem opinionem apud Clarum *d. loco queſt. 23. verſ. ſed quare. verſic. ſed quid.* 16 Ex legitimo matrimonio ſoli. quid ſi naturales tantum ſuſcipiat? puto faltem a donatario alimnous, argumento eorum, quæ diximus ad *Novell.* 89. c. 15. 17 Ipſo jure, ita ut nullus homínis miniſterio ſit opus. *Communis opinio* apud Clarum *d. loco queſt.* 23. *verſ. præterea quæro.* Quid ſi liberi poſt donationem liberi nonnati fuerint? convalefcit donatio, niſi donator tacite vel expreſſe donationem revocaverit. *communis opinio adverſus* Bart. apud Clarum *d. loco queſt. 23. verſ. pen.* 18 An & heredum? finge donatorem condicionem negleaviſſe? dubitur etiam ejus heredibus benigna interpretatione legis 3. *verſ. ſed eam. 3. de don. quæ ſub modo.* ut contrarium opinionem a Claro defendi mirum ſit *d. loco, queſt. 23. in fin.* Quid ſi parens generaliter revocationi donationis renunciavit? renunciatio heredibus non nocebit. *Communis opinio* apud Clarum *d. loco queſt. 23. verſ. 3. interfertur.* Quid ſi liceris prudens ſpecialiter beneficio hujus conſtitutionis renunciavit? putant a majore viginti quinque annis renunciari poſſe, non a minore. Clarus *d. loco.* quod

quod geſta non acceſſerunt, inefficax eſſe atque inutilis videatur: & omnes [1] effectus ſortiatur, quos ultimæ habent liberalitates: neque ex quacunque parte abſimilis [eis] intelligatur. Dat. Kal. Sept. *Conſtantinop.* LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. LVIII.

DE [2] INFIRMANDIS POENIS COELIBATUS [3], ORBITATIS [4] ET [DE] DECIMARIIS [5] SUBLATIS [6].

1. Imppp. CONSTANTINUS, CONSTANTIUS, & CONSTANS AAA. ad populum.

QUi jure veteri *cœlibes* [7] habebantur, imminentibus legum [8] terroribus liberentur: atque ita vivant, ac ſi numero maritorum matrimonii fœdere fulcirentur. Sitque omnibus æqua conditio capeſſendi quod quisque mercatur. † Nec vero quisquam *orbus* [9] habeatur, & propoſita huic nomini damna non noceant.

† Quam rem & circa feminas exiſtimamus, earumque cervicibus impoſita juris imperia, velut quædam juga, ſolvimus promiſcue omnibus. Dat. Kalend. April. *Romæ*, CONSTANTIO II. & CONSTANTE AA. CONSS. 339.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Iſidoro P. U.

NUlla injuriam, quæ contra matrem defuncti, vel defunctæ prætoritis fiebat temporibus, pro juſtitiæ ratione amputamus, & legitima jura, quæ ex Tertylliano Senatusconſulto [19] ei præſtantur, omnimodo eam habere fancimus: licet tres [20] liberos ingenua, vel libertina quatuor antimine pepererit. Dat. Kalend. Jun. *Conſtantinop.* ipſo A. II. CONS. 528.

1 Quibus non eſt poteſtas accipiendi ex aliorum teſtamento, iisdem nec ex mortis cauſa donatione. *l. 31. ff. de mort. cauſ. donat.* ut non ita male hic titulus ſuperiori cohæreat. 2 *l. 1. in princ.]. hoc tit.* 3 Cœlebs lege Julia & Papia ex aliorum teſtamentis quidquam capere non poterat, niſi poſt mortem teſtatoris intra centeſimum diem matrimonium contraheret, præterquam ex teſtamento cognati ad ſextum usque gradum, Ulpian. *tit. 13. de cœlibe, orbo, & ſolitario patre.* 4 *l. 1. verſ. nec vero quisquam orb. l. ult. C. de infirm. donat.* dixi ad *]. h. t.* Orbi liberis ſemiſſe relicti teſtamento multabantur: ſemis cedebat fiſco: & brevium, & *pupill. l. 16. §. 15. D. ad SC. Trebell. l. 13. in fin. ff. de jure fiſci.* hinc illæ heredis inſtituendi leges in tempus capiendæ hereditatis, *l. 62. ff. de hered. inſt.* ex parte, quam ligit qui inter ſe matrimonii nomine decimam capere poſſunt jure veteri certis de cauſis. *l. 2.]. h. t.* dixi ad Ulp. 15. *tit. de decimis.* §. *1. l. 18. ff. de aur.* interdum ſolidum. Ulp. 16. 6. 1. interdum nihil. Ulp. *ibi* §. 2. 3. 5 Virum & uxorem intel- 6 Hodie cœlibes, orbi, vir & uxor inter ſe ſolidi capiendi ſunt capaces. 7 De cœlibe. 8 Legem Julian & Papiam intelligit. vid. *l. 11. ff. de vulgari.* 9 De orbo. 10 De viro & uxore ſeu decimariis. 11 Decimam vir & uxor inter ſe matrimonii nomine ſeu ob honorem matrimonii capiebant. Ulp. *de decimis.* 15. §. 1. *l. 18. ff. de aur.* niſi ipſi legato additum ſit onus fideicommiſſi. *l. 6. ff. de vulgari. l. 41. & 42. ff. de leg. 2. l. 28. ff. de leg. 3.* Quod ſi ex alio matrimonio liberos ſuperſtites habebant, præter decimam illam quam matrimonii nomine capiebant, totidem decimas pro numero liberorum accipiebant. Ad hæc communis filius, filiave poſt nonum diem (Noninalia, ſeu Nominalium dies is erat, qui & Lustricus, quo infantes luſtrabantur, & eis imponebant nomina. Tertull. *lib. de Idololatria.* Macrob. 1. *Saturn.* 16. Feſtus *in voce Lustrici dies*) unam decimam adjiciebat: duo autem poſt nonum diem amiſſi duas decimas adjiciebant. Præter decimam etiam ſiſumfructum terræ partis bonorum ejus capere poterant: & quotcunque vel quandoque liberos habuiſſent, ejusdem partis proprietatem. Ulp. *d. loco.* adde *l. 25. ff. de cond. & demonſt. & quæ ſcripſi ad l. 4. §. quando dies legati.* Hoc amplius mulier petere præter decimam, dotem poterat legatam ſibi. *Goth.* Vid. Cujac. *lib.* TO. *obſ.* 17. 18. S. I. 12 Olim ſolidum tantum capiebant, ſi unum filium ſuperſtitem habuiſſent, vel ſi eum puberem amiſiſſent. vid. Ulp. 16. 6. 1. adde *tit. prox.]. 13* Vid. *]. num.* 18. *prox.* interdum ſolidum, interdum nihil. Ulp. 14 Vir & uxor jure veteri decimas inter ſe tantum interdum capiebant. *l. ult.]. tit. uxor.* 16. Solidum capiebant, ſi alteruter eorum nondum ejus ætatis erat, quæ liberos exigebat (hoc eſt, ſi vir minor viginti quinque, uxor viginti annorum minor) vel ſi utraque lege Papia finitos in matrimonio annos exceſſiſſent (hoc eſt, ſi vir ſexaginta, uxor quinquaginta). Item ſi cognati inter ſe coiſſent usque ad ſextum gradum. Item ſi vir abeſſet & donec abeſt, & intra annum poſtquam abeſſe deſiſtet, libera inter virum & uxorem erat teſtamenti factio. Præterea, ſolidum capiebant, ſi jus liberorum a principe impetraſſent: aut ſi filium filiamve communem habebant: quatuordecim annis filium vel duodecim filiam amiſiſſent: vel ſi duos trimos, vel tres poſt nonum diem amiſiſſent, ut intra annum tamen & ſex menſes. Etiam uniuscujusque ætatis impubes amiſſus ſolidi capiendi jus præſtabat. Item ſi poſt mortem intra decem menſes uxor ex eo peperiſſet. Ulp. *d. tit.* Goth. De hac materia ſcripſit librum ſingularem Marcus Vetranius. *Mod.* 15 Jus liberorum, erat conjugum ſine liberis invicem loco pignorum, hereditatis alternæ conſcriptio. 5. Iſidor. 24. *l. 9. C. Th. de infirmandis his quæ ſub tyrannis.* 16 Vir & uxor olim poterant inter ſe ſolidum capere, ſi jus tot liberorum, quot ſufficiebant obtinende capacitati affis, a principe impetraſſent. Ulp. *tit.* 16. 8. 1. *verſ. ſi jus liberorum.* Proderat etiam matri impetratio, ut filius ab inteſtato ſuccederet. vid. *l. 2.]. h. t.* Hodie jus liberorum etiam non petentibus conceſſum. *l. 2. infr. h. t.* 17 Jus liberorum hodie omnibus conceſſum. 18 Al. *Varari*, al. *Varano.* al. quod veriſimilius *Varrone & Tertullo* Conſ. ita Ruffard. *S. l.* 19 Matres ſuccedunt liberis ex SC. Tertylliano. Olim non paſſim, niſi tres liberos ingenua peperiſſet, vel libertina quatuor. *]. h. t.* niſi jus liberorum a principe impetraſſet. Hodie jus liberorum matribus hac lege datur. *Nov.* 78. c. 5. vid. Paul. 4. *ſent.* 9. 5. *adde l. 7. C. Theod. de legitim. liberd. l. 8. C. Theod. de bonor. poſſ. l. 9. C. Theod. de infirmand. his quæ ſub tyr. Neronе Valentiniani de teſtamentis.* 20 Paul. *d. loco.* §. 4. *Inſt. de SC. Tertyll.*

D. JUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.

CODICIS

REPETITÆ PRÆLECTIONIS,

LIBER NONUS.

TIT. I.

DE HIS, QUI ACCUSARE [1] NON POSSUNT.

De mutuis accuſationibus.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Sylvano.

PRius eſt, ut criminibus, quæ tibi ut graviora [2] ab adverſario tuo objiciuntur, cædis, atque vulnerum reſpondeas: & cum tuæ ex eventu cauſæ Judex æſtimabit, an hiti permittendum ſit eundem accuſare, tametſi prior [3] inſcriptionem [4] depoſuiſti. PP. 5. Id. Martii, TERTULLO, & CLEMENTE CONSS. 196.

De tutore & curatore.

2. Imp. ANTONINUS A. Ingenuo.

SI cautiones quibus Secundinus *ſolutam Eugenio pecuniam* probare ſe dicit, tutores [5], vel curatores tui ſuſpectas, ut falſas habent: proprio [6] nomine (cum non liceat alieno) non prohibentur in crimine falſi ſubſcribere. Nec enim facile, vel tutores, vel curatores, qui ex officio periculo [ſuo] res pupillorum, vel adoleſcentium adminiſtrant, ſententia notantur, niſi evidens eorum calumnia [7] judicanti apparebit. PP. 12. Kalend. Octobr. ANTON. A. & GETA CONSS. 206.

1 Vide Clar. *ſ. fin. §. ult. q.* 14. 2 Accuſatori ſuo reus majus crimen poteſt objicere, *ut hic.* par aut minus non poteſt. Vide *l. 19.]. h. t. l. 5. ff. de public. jud.* Gravius igitur crimen, quod relatum eſt, oportet prius expediri. *Synopſ. Baſil. 60. tit. 1. rub. 34. c. 17. & 1. Harm. 2. 9. 11.* de Anticategoriis vide Cujac. 20. *obſ.* 7. 3 In minori tamen crimine. 4 Vide *l. 3.]. h. t. l. 17.]. de accuſat.* 5 Tutor pupilli, curator adoleſcentis nomine accuſare non poteſt: proprio tamen nomine ſubſcribit. *l. 5. verſic. cum cautio. ff. de accuſat. l. 1. §. 1. ff. de falſis.* 6 Pupilli nomine, Cujacius apud Paul. 5. *ſent.* 12. §. 4. 7 *l. 14. §. 2. ff. ad SC. Turpill. l. 22. ff. de his qui ut indign.* 8 Accuſare non poteſt qui libellum inſcriptionis non edidit, *ut hic*, & *l. 10. infr. tit. l. 16. l. 17. infr. & l. 7. ff. de accuſat.* uſu invaleſcente libellum inſcriptionis hodie negligentibus accuſationis non datur, ſed ſimplex accuſatio ſine querela. Clar. *d. loco, verſ. poſtea.*

De ratione accuſationis inſtituendæ.

3. Imp. ALEX. A. Rufo.

QUi crimen publicum inſtituere properant, non aliter ad hoc admittantur, niſi prius [8] inſcriptionum pagina [9] præceſſerit, & ſi dejuſſor [10] de exercenda lite adhibitus fuerit. Sin vero poſt fatisdationem præſentes non fuerint, [edicto] admonendi ſunt, ut [11] veniant ad cauſam agendam: & ſi non adfuerint, non ſolum extra [12] ordinem æſtimatione Judicis puniendi ſunt, ſed etiam ſumptus [13] quos in eam rem, & circa ipſum iter [14] ad litem vocati fecerunt, dependere cogentur. PP. 3. Non. Februar. ALEX. A. CONS. 223.

De ſæminis.

4. Idem A. Dionyſio.

UXor [15] tua, ſi confobrini ſui necem vindicandam exiſtimat, adeat Præſidem provinciæ. PP. 16. Kal. Jul. ALEX. A. CONS. 225.

Accuſatio falſi exiſtentibus tutoribus vel curatoribus non pertinet ad maritum. Bald.

5. Idem A. Marcellinæ.

SEnatusconſulto permiſſum non eſt mulieri legis Corneliæ crimine reum facere, niſi res ad eam [16] pertineat. Cum igitur filii tui tuto-

8 Vide *l. 7. §. 1. ff. de accuſat.* Clarus *d. loco, verſ. eodem etiam.* negat conſuetudine hanc ſtatisdationem exigi & nihilominus tamen accuſatorem cogi de calumnia jurare. Idem *ibid. verſ. de etiam.* Bart. 11 Citatio generalis an ad cauſam ſufficiat, vide Mynſing. 4. *obſerv.* 33. 12 *l. 2. in fin.]. ad SC. Turpillian.* 13 Satisdationem de ſumptibus præſtandis obſervari, Clarus negat *d. loco, verſ. tenetur etiam.* 14 *l. 79. ff. de judiciis.* 15 Vide *l. 5. infr. h. t.* 16 *l. 14. infr. h. t.* ad eam etiam pertinet liberorum cauſa, *ut hic*, & *l. 9. infr. h. t. l. 1. ff. de accuſ.* confobrini, *l. 4. ſupr. h. t.* parentum, *d. l. 1.* patroni, patronæ, *d. l. 1.* mariti, Clar. *d. §. ult. q.* 14. *verſ. præterea.* eorum denique, in quos ex lege publicorum judiciorum teſtimonium non dicitur. vide *l. 1. ff. de accuſat.* de quibus vide *l. 4. §. ff. de teſtibus.* Goth. Hæc lex canonizata eſt *can. 3. caus. 15. q. 3.* Anſ. Ergo & fratrum. *l. 1. §. 10. ff. de quæſtionibus*, alias mulier non accuſat. *l. 12.]. h. t. l. 8. ff. de accuſ.* neque populari actione utitur. *l. 6. ff. de popul. act.*

res [1] vel curatores habeant: ipsi deliberare debent, an instrumenta ex quibus adversarium filiorum tuorum obtinuisse dicis, falsa esse accusare debeant. PP. Kal. Octobr. ALEX. A. CONS. 223.

De accusatione relicta.

6. Idem A. Probo.

ACcusationem a qua discedere [2] te professus es, repetere non debes. PP. 5. Non. Maji, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De mora accusatoris.

7. Idem A. Felici.

SI ea quæ crimen intendit, cognitionem moratur: certa [3] perferendæ accusationis tempora Judex competens præstet: intra quæ si agere supersederit, renunciasse [4] causæ intelligitur. PP. 15. Kal. Septembr. AGRICOLA & CLEMENTE CONSS. 231.

De militibus.

8. Imp. GORDIANUS A. Cajo militi.

NOn prohibentur milites [5] accusationem quæ publici judicii instar obtineat, intendere, si [6] suam suorumque injuriam exequantur. Ideoque consobrini tui necem defendere tibi permittimus. PP. 17. Kalend. August. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De fœminis.

9. Idem A. Severiæ.

NOn ignorat competens Judex, eam [7], quæ ultionem, & mortem filii persequi allegat, non temere ad accusationem esse admittendam, nisi prius matrem se esse probaverit. PP. 6. Non. Mart. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De militibus.

10. Idem A. Mucatraulo [8] militi [9].

SI crimen ad tuam tuorumque injuriam pertinens exequaris, solennibus te inscriptionibus adstringe, ut præsidem provinciæ habere judicem possis. PP. Kalend. Aug. GORDIAN. A. & AVIOLA CONSS. 240.

De incendio.

11. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Saturnino & aliis.

DAta [10] opera partis adversæ res vestras incendio [11] exarsas esse asseverantes, crimen legis Corneliæ de sicariis exequi potestis. PP. 13. Kalend. Jul. PEREGR. & ÆMIL. CONSS. 245.

De fœminis.

12. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Corinthiæ.

DE [12] crimine quod publicorum fuerit judiciorum, mulieri [13] accusare non permittitur: nisi certis ex causis, id est, si suam suorumque persequatur injuriam secundum antiqui juris statuta tantum, de quibus specialiter ei concessum est, non [14] exacta subscriptione. Unde aditus præses provinciæ inprimis examinabit, an tale sit crimen cujus accusationem mulier subire non prohibeatur. S. 5. Kal. Maji, AA. CONSS.

De fratribus.

13. Iidem AA. & CC. ad Asclepium.

SI magnum & capitale crimen ac non leve frater [15] contra fratrem suum instituit, non solum audiendus non est, sed etiam exilii pœna plectendus est. Dat. 10. Kalend. Febr. CC. CONSS.

De matre filium accusante.

14. Iidem AA. & CC. Æliæ.

PRopter insidias quas tuæ vitæ paratas contendis, accusationem apud Præsidem provinciæ contra filium [16] tuum, si pietas & ratio naturalis animi tui non revocat intentionem, constituere potes. S. 16. Kalend. Mart. CC. CONSS.

De existimatione & de periculo calumniæ.

15. Iidem AA. & CC. Lupioni.

CRiminis accusationem instituere cum [17] periculo [18] calumniæ, si tibi existimatio [19] integra est, minime prohiberis. S. 3. Kalend. Mart. CC. CONSS.

De pluribus accusatoribus.

16. Iidem AA. & CC. Callutico.

CUm rationibus juris congruit desiderium tuum, postulantis accusationem tertiam [20] ei, qui duos reos delatos habeat, non permitti contra legis præscripta [21], nisi suas suorumque injurias quis persequatur. S. 12. Kalend. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De eo, qui in rei domo educatus est.

17. Pars sententiæ eorundem AA. & CC. Dat. 5. Id. Januar. DIOCLETIANO & MAXIM. AA. CONSS.

INiquum & longe a seculi nostri beatitudine esse credimus, ut Thaumasius accusandi ejus habeat facultatem, in [22] cujus domo [23] eum (licet ingenuum) a prima ætate tamen fuisse constabat. Quare ex nomine Thaumasii mentio super conflictu criminis cum Symmacho conquiescat. † Si quam sane civilem [24] petitionem idem Thaumasius sibi competere confidit: judicio Præsidali poterit experiri.

De fratre & sorore.

18. Iidem AA. & CC. Juliano.

SI sororem [25] [tuam] leviorum commissorum ream facis, accusationem non prohiberis exercere in judicio præsidali: quo temerarie commissa, congrua ultione plectantur. Dat. 3. Kalend. Mart. DIOCLET. IX. & MAXIM. VIII. AA. CONSS. 304.

Si accusatus accuset.

19. Imppp. VALENTIN. VALENS & GRATIANUS AAA. Laodiceo [26] Præfecto Sardiniæ.

NEganda [27] est accusatis [28], [qui non suas suorumque [29] injurias exequuntur, licentia criminandi in pari vel minori crimine,] priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint, secundum scita veterum juris conditorum: [ita tamen,] ut & ipsi inscriptiones [30] contra eos etiam pendente accusatione deponere possint. Dat. Prid. Idib. August. *Carnunti*, GRATIANO A. III. & EQUITIO V. C. CONSS. 374.

De familiaribus & servis.

20. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P. P.

SI quis [31] ex [32] familiaribus [33] vel ex servis cujuslibet domus cujuscumque criminis delator atque accusator emerserit, ejus existimationem, caput, atque fortunas petiturus, cujus familiaritati vel dominio inhæserit: ante exhibitionem testium, atque examinationem judicii, in ipsa expositione criminum, atque accusationis exordio, ultore [34] gladio feriatur. Vocem enim funestam amputari oportet potius, quam audiri. Majestatis [35] autem crimen [tantum] excipimus [36]. Dat. 6. Id. Novembr. *Constantinop.* CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

De libertis.

21. Impp. HONORIUS & THEOD. AA. Consulibus, Prætoribus, & Trib. pleb. Senatui S. D.

SI liberti [37], accusatores manumissorum heredumve esse præsumpserint [38]: eodem, quo servi supplicio tenebuntur, luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordium. Dat. 7. Id. August. *Ravennæ*, ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

TIT. II.
DE ACCUSATIONIBUS [39], ET INSCRIPTIONIBUS [40].

De terminis effossis.

1. Imp. ALEXAND. A. Martiano.

EOs, qui terminos [41] effoderunt, extraordinaria [42] animadversione coërceri debere, præses provinciæ non ignorabit. PP. 3. Kalend. August. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De servo accusato.

2. Idem A. Syro.

SI cuidam crimini obnoxius servus [43] postulatur, dominus eum defendere potest, & in judicio sistere, accusatoris intentionibus responsu-

1 Vide *l. 2. ꝟ. h. t.* 2 Desistens ab accusatione expresse, *ut hic. l. 3. in fin. l. 4. ꝟ. & l. 2. ff. ad SC. Turpill.* vel tacite, ut *l. 7. ꝟ. h. t.* non accusat. 3 Dixi ad *l. 5. ꝟ. de ing. man. l. ult. ꝟ. ut intr. cert. temp. l. 18. ff. de accusat.* 4 Accusationes etiam tacite remittuntur. dixi ad *l. 6. ꝟ. h. t.* 5 *l. 8. ff. de accusat.* 6 *l. 10. ꝟ. h. t.* hodie passim admittuntur ex usu. Clar. *5. sent. §. ult. quæst. 14. vers. quæro.* 7 Dixi ad *l. 4. supr. h. t.* 8 *Buccarrachio*, Hal. 9 Dixi ad *l. 8. ꝟ. h. t.* 10 Incendium dolo, lata culpa, levi, levissima vel fortuito admissum, quomodo puniatur, vide apud Angelum *tract. de maleficiis. §. Incendiario.* 11 Incendiarius tenetur lege Cornelia de sicariis. *l. 1. ff. de sicar.* Cæterum non ita commode huic titulo respondet hæc constitutio. 12 Mulier accusare de crimine nisi sua in causa non potest. *Syn. Basil. 6. Tit. 36. ex lib. 60. tit. 41. cap. 24.* nisi ob cædem parentum, liberorum, patroni, patronæve & eorum filii, filiæve, nepotis, neptisve, & cæterorum in quos invita testimonium dicit: licet & ei lege Cornelia testamentaria agere (vel de falsis) item & de testamentis paternorum, vel maternorum liberorum. 1. Harm. 2. §. 40. Goth. Hæc lex translata est in *can. 1. quæst. 3. causa 15.* Ans. 13 *l. 3. C. Theod. de accus.* dixi ad *l. 5. supr. h. t.* 14 Subscriptio an exigatur hodie, dixi ad *l. 3. supr. h. t.* 15 Frater fratrem, *ut hic*, vel sororem. *l. 18. ꝟ. h. t. l. 1. §. 10. ff. de quæstionibus.* de crimine capitali non accusat, accusans punitur, *ut hic.* 1. Harmen. 2. §. 48. Goth. Secus Jure Canonico. *c. litteras. 14. extr. de Præsumpt.* Ans.
16 Mater filium sibi insidiantem accusare potest. adde *l. 3. ꝟ. de patria potestate.* & sic publicam accusationem instituere. 1. Harm. 2. §. 41. Filius ex contrario de facto matris queri potest. *l. 11. §. 1. ff. de accus.* 17 Falsus accusator, calumniator.
18 Periculum hic vocatur accusatoris inscriptio in crimen, quod ex ea accusator periclitetur, ne reus fiat: sicut ex sententia judex periclitatur, ne litem suam faciat, & ne teneatur, *Quod quisque juris*: & is utique quicunque condemnationem patitur & omnes scripturæ nostræ maxime in judiciis similiter pericula dici possunt, non etiam verba quæcunque. Cujac. *ad tit. ꝟ. de sententiis ex periculo recitandis.* 19 Infamis accusare non potest. *l. 4. l. 8. ff. de accus.* adde *l. 1. ꝟ. de advoc. divers. judic. Synops. 60. tit. 1. c. 16.* nisi suam suorumque injuriam exequatur. *l. 11. ff. de accus.* & in læsæ majestatis crimine. *l. 7. ff. ad leg. Jul. majest.* 20 Duos qui reos delatos habet, tertium deferre & accusare non potest, nisi suam injuriam persequatur. De tribus reis nemo queri potest, nisi suarum injuriarum causa. *l. 8. in fin. l. 12. §. 2. ff. de accus. l. 6. in fin. ff. ad leg. Jul. de adulter.* adde Cujac. *6. obs. 12.* 21 Quidam legunt *præcepta.* 22 Domesticus, ὁ διάγων ἐν οἴκῳ τινὸς &c. Qui degit in alicujus domo, non potest eum accusare: sed si quid pecuniarium sit, recte de eo agit, *Synops. Basil. 60. tit. 1. ex tit. 34. c. 17.* 1. Harmen. 2. §. 49. unde a quibusdam hic locus refertur ad inquilinos & domesticos. 23 Alumnus educatorem accusare non potest. his adde quæ de alumno alias dixi *l. 1. ꝟ. quæ res pignor.* facit *lex 20. ꝟ. h. t.* nisi forte sua, suarumque injuriarum causa. *arg. l. 11. ff. de accus.* 24 Civilis petitio, quæ & pecuniaria Græcis, Harmenopulo & autori Synopseos. facit. *d. l. 11. §. 1.* 25 Sororem levioris admissi ream facere licet. 1. Harmenop. 2. §. 50. dixi *§. d. l. 13. ꝟ. h. t.* 26 Laodicea præsidi Sardiniæ. *C. Th.* 27 Accusatorem suum accusare non potest is cujus nomen inter reos receptum, nisi prius se crimine purgaverit in se collato. *Synops. 60. tit. 1. ex tit. 34. c. 17.* adde *l. is qui. 4. ff. de accus. can. neganda. caus. 3. quæst. 11.* (Hujus sententiæ decem exceptiones adfert Marianus Socinus *in c. ex literis* de mutuis petitionibus) potest tamen etiam pendente causa in eos, qui accusant ipsum, inscriptiones deponere, *ut hic. Synops. ibid.* 28 *l. 12. C. Th. de accus.* dixi ad *l. 1. ꝟ. h. t.* 29 Paria sunt pene, suorum, & suas injurias defendere. 30 Vide quæ dixi ad *l. 3. ꝟ. h. t.* 31 *l. 3. C. Theod. ne præter crimen majestatis servus dominum, vel patronum libertus, seu familiaris accuset*, 3. *quæst. 11. c. si quis*, *l. 6. l. ult. ꝟ. de delat. lib. 10. tit. 11. Synopsis d. tit. 34. c. 18. & 6.* Harm. 12. 32 Οἰκειακὸς: cui adjungitur apud autorem Synopseos, *ibid.* servus, ancilla, filius. 33 De familiaribus & servis, *l. 6. §. 5. ꝟ. de his, qui ad ecclesias.* 34 Σιδήρῳ τιμωρεῖται, ferro punitur. *Syn. ibid.* 35 Adde *l. 7. ꝟ. ad leg. Jul. majest.* 36 Quod ne quidem excepit Tacitus, auctore Vopisco, nec Trajanus, auctore Plinio. 37 *Synops. d. c. 18. in fin. l. 4. C. Theod. tit. Ne præter. l. 8. ff. de accus.* adde *l. 20. ꝟ. h. t.* 38 Certis tamen casibus possunt. *l. 38. §. 9. ff. ad leg. Jul. de adult.*
39 *L. 9. C. Theod.* 1. dixi 48. *D.* 2. hoc notandum, In Gallia, reum a privato non accusari ad pœnam criminalem, sed a procuratore Regio. vide Rebuff. *in proœmio constit. gloss. 3. num. 105.* qua de re alias etiam dixi. 40 Vide quæ dixi ad *l. 3. ꝟ. tit. proxim.* 41 Paul. *5. sent. 22. §. 2.* 42 Vide Paul. *d. loco. & 1. sent. 15. §. un. l. 1. 2. 3. ff. de termino moto. l. 4. §. 4. ff. fin. regund.* 43 Servus a domino defendi potest. *l. 17. ff. h. t. l. 11. ff. de public. jud. l. 19. ff. de pœnis.*

rum. Post probationem autem criminis, non [1] ipse dominus; sed servus pro suo delicto condemnationem sustineat. Ideo enim servum suum domino defendere permissum est, ut pro eo possit competentes allegationes offerre. PP. 11. Kalend. Decembr. ALEX. A. CONS. 223.

De absentibus.

3. Idem A. Stephanidi.

REos capitalium criminum absentes [2], etiam per [3] procuratorem defendi, leges publicorum judiciorum permittunt [4]. PP. 4. Non. Nov. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Non tenet sententia absolutoria lata pro præsente contra absentem non citatum legitime. Bald.

4. Imp. GORDIANUS A. Archelao.

SI accusatoribus [5] absentibus [6], & non [7] per contumaciam [8] adesse judicio cessantibus, ex una [9] postulatione aditus præses provinciæ non causa cognita sententiam dixit, qua eum, de quo querimoniam detulisti, liberandum existimavit: criminatione etiam nunc perseverante, quæ contumacia, vel cessatione accusatorum non interveniente auferri non potuit: causa intentati criminis apud [10] eundem, vel successorem ejus more judiciorum tractabitur. PP. Non. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

De mandato.

5. Idem A. Paulino.

NOn [11] ideo minus crimine, sive atrocium injuriarum judicio tenetur [12] is, qui in justam accusationem incidit, quia dicit alium se hujusmodi facti mandatorem habuisse. Namque hoc casu præter principalem reum, mandatorem [13] quoque ex sua persona conveniri posse ignotum non est. PP. 3. Idib. Septembr. GORDIANO A. II. & POMPEJ. CONSS. 242.

De absentibus.

6. Idem A. Avidiano.

ABsentem [14] capitali crimine accusari non [15] posse, sed requirendum tantummodo annotari [16] solere, si desit, vetus jus est. Et ideo cum absentem te & ignorantem, cui nunquam ullum crimen denunciatum [17] esset, per injuriam a præside provinciæ in metallum damnatum esse dicas: quo magis in præsenti te agente (ut asseveras) jam nunc fides veri possit illuminari, præfectum prætorio adire [18] cura: qui quidquid novo more & contra formam constitutionum gestum deprehenderit, pro sua justitia reformabit. PP. 4. Non. April. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

De relationibus a publicis personis factis.

7. Idem A. Proculo.

EA quidem, quæ per Officium [19] præsidibus denuntiantur & citra [20] solennia accusationum posse perpendi [21] incognitum [22] non est. Verum si falsis necne notoriis [23] insimulatus sit, perpenso judicio dispici debet. PP. 8. Id. Jan. PEREGR. & ÆMIL. CONSS. 245.

Apud quem accusari debet.

8. Exemplum sacrarum litterarum DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

SI quis se injuriam ab aliquo passum putaverit, & querelam deferre voluerit, non ad stationarios [24] decurrat, sed [25] præsidalem adeat potestatem, aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta deponens. PP. sine die & consule.

Si quis sæpius accusetur.

9. Iidem AA. Honorato.

QUi [26] de crimine publico in accusationem deductus est, ab alio [27] super eodem crimine deferri non potest. Si tamen ex [28] eodem facto plurima crimina nascuntur, & de uno crimine in accusationem fuerit deductus: de [29] altero non prohibetur ab alio deferri. Judex autem super utroque [30] crimine audientiam accommodabit. Nec enim licebit ei separatam [31] de uno crimine sententiam proferre, priusquam plenissima examinatio super altero quoque crimine fiat. PP. 4. Kalend. Septemb. BASSO II. & QUINTIANO CONSS. 289.

De promissione victoriæ.

10. Iidem AA. & CC. Ursæ.

QUi explicandi negotii spem [32] (cujus finis in Judicis potestate ac motu situs est) pollicetur: non minus ob illicitam sponsionem crimen contrahit, quam qui ad hujusmodi promissionis commercium [33] contra disciplinam publicam adspirat. PP. 3. Kalend. Novembr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

An absolutus accusari possit.

11. Iidem AA. & CC. [34] liberis Crispinæ charissimæ nobis.

SI quis homicidii crimen existimat persequendum, secundum juris publici formam debebit eum, qui in primordio homicidii postulaverit reum, neque probaverit, ideoque reus absolutus est, prævaricationis [35] arguere: Id enim salubriter statutis principum parentum nostrorum jurisque forma præscriptum est. Vel si id non putaverit [36] agendum: ad sequens crimen (id est pastorum [37] latronumve) descendere eum coges [38], atque id exequi judicio tuo: cum siquidem id ab incusato appareat esse commissum, ob ultionem publicam obnoxius legibus fiat. Dat. 8. Id. April. ANNIBAL. & ASCLEPIODOTO CONSS. 292.

De eo, qui se sponte præcipitavit.

12. Iidem AA. & CC. Aurelio.

FActum sponte se præcipitantis [39], innocenti [40] criminis periculum afferre non potest. S. 14. Kalend. Jun. *Sirmii*, AA. CONSS.

De servis accusatis.

13. Imppp. VALENT. GRAT. & THEOD. AAA. Mariniano [41] Vic. Hispaniæ.

SI [42] quis servos crediderit accusandos, non [43] prius ad corporum tormenta veniatur, quam se vinculo subscriptionis adstrinxerit. Dat. 6. Kalend. Jan. *Patavii*, MEROBAUDE II. & SATURN. CONSS. 383.

De officio judicis.

14. Iidem AA. & ARCADIUS A. Cynegio P. P.

SInguli universique [Judices] cognoscant [in publicis criminibus] non oportere emendicatis uti suffragiis decretorum, [aut relationibus [44]

1 Dominus ex servi delicto non accusandus. *l. 7. §. 1. ff. de damno. l. 5. §. 5. ff. de oper. novi.* e contrario, ex delicto domini servus non convenitur. *l. 5. supr. ne filius pro patre.* 2 Absens reus per procuratorem potest defendi. Neque accusator per alium accusare, neque reus per alium defendi potest, nisi ingratum libertum patronus accuset. Paul. *5. sent. 16. §. 11. l. sed & hæ. 35. §. 1. ff. de procur. l. 4. ff. de obsequiis.* aut rei absentia defendatur. Paulus *illo loco. l. absens. 71. l. servum. 33. §. publice. 2. ff. de procur. l. inter. 10. l. pen. ff. de publ. jud.* 3 *l. 33. §. 2. ff. de procurat.* 4 Imo non permittunt. *l. 13. in fin. ff. de publ. jud.* non permittunt in crimine non capitali, velut adulterio, *l. 11. §. 2. ff. ad leg. Jul. de adult.* quod olim non fuit capitale, de quo dicam ad *l. 30. in fin. infr. ad leg. Jul. de adult.* in capitali permittunt, *d. §. 2. l. 6. ff. de appell.* Nam & ita Sthenio Thermitano reo criminis cognitor (qui quasi procurator est) datus est apud Ciceronem *de jure dicundo in Verrem.* Potest etiam per procuratorem is defendi, quo præsente lis criminalis contestatur. *l. 14. infr. ad leg. Jul. de adult. l. 10. ff. de publ. jud. l. 4. §. 2. ff. ad leg. Corn. de sicariis*: adde Cujac. 20. *obs.* 20. Accursius putat permitti absentem defendere ad sententiam usque, *ut hic.* defendentem, suam quodammodo utilitatem & causam defendere. Cætera vide apud Clar. *5. sent. §. ult. quæst. 32.* Goth. *Permittunt*: Scilicet de alia causa quam objecto crimine, ut de justa absentia *l. 71. ff. de procurat.* Cujac. post Accurs. *in Gloss. hic.* S. L. 5 De sententia lata pro reo accusatore absente. Inde colligunt, Plures posse uno & eodem libello accusare: si tamen suam suorumque injuriam prosequantur, alias, plures simul accusare non posse, nisi per procuratorem. *l. 3. §. 6. ff. de sepulchr.* dixi ad *l. 16. ff. h. t.* adde Clar. *5. sent. §. ult. qu. 13. in princ.* Duar. *1. disp. 39.*
6 Accusatore citra contumaciam absente, reoque absoluto, absolutio ipso jure nulla, & ex integro causa agi potest apud eundem vel ejus successorem. *infr. h. t.*
7 Puta, si inutiliter citatus. vide Roland. a Vall. *1. cons. 39. n. 9. 10. ad 33.*
8 Alias si per contumaciam a lite primum contestata abesset, notaretur calumniæ. *l. 10. ff. de publ. jud.* ante litem contestatam post inscriptionem extra ordinem. *l. 3. supr. de his qui accus. l. 2. infr. ad SC. Turp.* adde Cujac. 20. *observ. 11.* 9 Id est, μονομερῶς, cui contrarium est συστάδην, vel causa cognita. adde *l. 5. §. 4. supr. de temp. appell.* 10 *l. 6. supr. quomodo & quando judex.* 11 Mandatarius criminis auctorem laudando non excusatur. *l. 1. §. 13. ff. de vi & vi.* Mandatarii criminum puniuntur. *l. 3. §. 1. ff. ad leg. Jul. de vi privata.* quin mandator tenetur, *ut hic. Synopsis Basil. 60. tit. 1. ex tit. 33. c. 18.* 12 Imo minus tenetur mandatarius, si parere necesse habuit. *l. 169. ff. de reg. jur.* præsertim si de non atroci facinore quæritur. *l. 20. ff. de oblig. l. 157. ff. de reg. jur.* aut si id ab aliquo committitur quod mandator (exemplum sit in patre filiam in adulterio interficiente) impune præstare potuit, Clar. *5. sentent. §. ult. quæst. 60. vers. solut.* aut si vis illata facienti, ideoque volunt mulieri, quæ per metum adulterium commiserit, ignosci. Clar. *d. loc. vers. quæro modo.* Judicem excusari a pœna, si principis jussu non observatis juris solennibus, capitalem in aliquem sententiam tulerit. Clarus *ibid. vers. solet dubitari.* fabrum excusari, si mercede conductus in aliena silva, alterius mandato arbores exciderit, aut in alieno quid everterit. Clarus *dict. vers. solet.* 13 Mandator criminis tenetur. *l. 11. §. 3. ff. de injur. l. 15. in fin. ff. ad l. Corn. de sicar.* Paul. *5. sent. 23. §. 5.* adde quæ dixi ad *l. 4. supr. de serv. fugitivis.*
14 De absente non accusando. 15 Absens accusari non potest, *ut hic*, & *l. 15. infr. ad l. Jul. de adult.* multo minus damnari. *infr. h. t. l. 5. infr. de pœnis.* alioquin sententia nulla est. Quod igitur remedium est adversus absentem? Bonorum ejus fit annotatio. *infr. h. t.* quod hodie in Gallia, Italia, Hispania, & foris Ecclesiasticis locum non obtinet, possunt enim absentes contumaces, etiam ad mortem damnari, eorumque bona fisco adjungi. vide Clar. *5. sent. §. ult. qu. 44. vers. factus. vers. sed hodie. vers. licet.* 16 An hodie locum habet bonorum alienatio, dixi ad *l. 1. infr. de requir. reis.* 17 Reus citandus est, etiamsi princeps accuset aut agat. *Clem. cap. Pastoralis. 2. de sentent. & re judic.* etiamsi de censura, excommunicatione, aut interdicto ferendo agatur. *Communis opinio* apud Clar. *5. sent. § ult. quæst. 31. in princ.* Fieri autem citatio in civitatibus debet judicis mandato. Clar. *ibid. vers. unus.* Quid si reus in alieno vivit territorio? dixi ad *l. 7. ff. de cust. l. ult. ff. de accus. Novell. 134. c. 5. l. 4. §. 6. ff. de damno. l. 15. §. 1. ff. de re jud.* quid si defunctus? vide *l. 1. §. 1. ff. de curat. bon. dand.* de citatione vide quædam alia apud Clarum *d. loco.* 18 Nullitas sine appellatione potest proponi, vel apud superiorem, vel apud eum ipsum, qui sententiam tulit, quinimo executio impediri potest nullitate objecta. Bald. *hic.* adde Wurmser. *1. pract. 24. observ. 35.* 19 Officium stationarii, *l. 8. infr. h. t.* publicæ personæ, *l. 14. infr. h. t.* nunciatores. *l. 6. §. 3. ff. ad SC. Turp.* Goth. Hanc legem explicat Zanger. in proœmio *tractat. de tortur. reor. cap. 1. num. 23.* Ans. Vide Ægid. Bossum *titulo: Quomodo procedatur in crimine.* 20 Notoriæ & relationes apparitorum, vel aliarum publicarum personarum non exigunt apparitoris inscriptionem: sunt tamen accusationibus proximæ, quia non minus subit periculum, qui ex eis denunciat crimina, quam qui defert ex inscriptione, *ut hic*, & *d. l. 14. l. 6. §. 3. ff. ad SC. Turpill.* Alias ridicula sunt, quæ sermonis ignoratione Latini veteres interpretes hic sunt commenti de Notorio. 21 Ex indiciis scil. 22 Denunciantibus an & quatenus jure credatur, vide apud Socin. *reg. 89.* 23 Notoria, *ut hic*, quæ & notoria indicia *in l. 6. §. 3. ff. ad SC. Turp.* πιττακώματα. *Syn. Basil. 6. tit. 1. ex lib. 60. tit. 1. cap. 15.* sunt elogia (Galli *Informations*) ab apparitoribus præsidum, irenarchis, & publicis personis, *l. 14. infr. h. t.* ad magistratus transmissa.
24 Stationarii sunt apparitores dispersi per vicos & provincias certis locis, ut magistratibus denuncient crimina, quæ geruntur. *l. 1. infr. de curiosis. lib. 12. tit. 23.* vide *l. 1. §. 12. ff. de offic. præfect. urb. l. 31. C. Theod. de episc. & cler. l. 1. C. Theod. de cursu publico.* vide *l. 6. infr. de dignitat.* 25 Apud præsidem, non apud stationarios libellus accusationis proponendus. 26 Accusatus de crimine ab uno, de eodem crimine ab alio non accusatur. Quod si ex eodem crimine plures actiones nascantur, a diversis personis accusari potest. *Synops. Basil. 60. tit. 1. ex tit. 33. cap. 24.*
27 Vide *l. 16. ff. h. t.* 28 Ex eodem facto plurima delicta nasci possunt.
29 Unum & idem delictum unius ejusdemque hominis a pluribus deferri non potest. *l. 4. supr. & l. 11. §. 2. l. 16. ff. h. t.* Diversa vero delicta unius hominis a diversis hominibus possunt deferri, *ut hic*, possunt & ab eadem persona. *l. 3. §. 3. ff. h. t.*
30 Diversis unius ejusdemque hominis delictis ad judicem delatis, judex habita ratione gravioris condemnare debet: nec in ejus arbitrio est, minoris habere rationem.
31 Ne alioquin causæ continentia dividatur. *l. 10. supr. de judiciis.* 32 Spem explicandi negotii vendere quid est? eventum sententiæ vendere. vide Paul. *5. sentent. 25. §. ult. l. 15. §. 30. ff. de injuriis.* Goth. Adde Duaren. *l. 1. disputat. cap. 25.* Joann. Papon. *l. 6. tit. 2. Arrest. 12. & seqq.* Ans. 33 Hæc constitutio pertinet proprie ad fumi venditores (quales fumo necari Alexander Severus jussit) non ad impunitatis promissores. vid. Cujac. 20. *observ. 9.* 34 *Have Crispine, Carissime nobis*, Cont. 1. *disp. 15.* Cujac. 1. *obs. 15.* Fuit autem is Crispinus præses provinciæ. vide Cujac. *ibid.*
35 Prævaricationis tenetur, qui reum non probavit. adde *l. 1. supr. de advoc. divers. judicior.* 36 Sit hæc hypothesis: Qui homicidii & criminis simul pastorum & latronum accusari potuit, accusatus tantum fuit homicidii. Accusator homicidium non probavit? Prævaricationis poterit condemnari accusator, nisi a judice cogatur descendere ad alterius criminis executionem. 37 Crimen *pastorum* hic dicitur, non quod, ut Accursius putat, a Caino & Abele pastoribus initium sumpsit: sed quod pastores latrociniis dediti esse consueverunt, ut de Abasgis & Heniochis scribit Strabo, quos ait vivere λῃστρικῶς καὶ νομαδικῶς, eamque sententiam confirmat lex unica, C. Th. *Ne pastoribus dentur filii nutriendi. lib. 9. tit. 31.* fore alioquin, ut qui nutriendos dederit, societatem latronum videatur iniisse: quamvis alias rusticanis nutriendos dare liceat. Ita conjungi recte hanc vitam, pastoritiam & latronum refert Aristoteles 1. *Polit. 11.* 38 Clarus *5. sent. §. ult. quæst. 15. vers. item quæro.* scribit neminem hodie cogi accusare: ne heredes quidem occisi. 39 Dixi *ꝟ. h. lib. tit. de bon. eorum, qui mortem sibi consciver.* 40 Potest enim id accidere doloris impatientia, vel tædio vitæ. vide *l. 6. §. 7. ff. de injust. rupt.* 41 Ad Marinum, *l. 14. Cod. Theod. h. t.* 42 *d. l. 14.* 43 Dixi de subscriptione ad *l. 3. supr. qui accusare.* 44 Dixi ad *l. 7. 8. supr. h. t.*